



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab Anno 429. Usque Ad Annum 483

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1759

VD18 90117816

§. 9. Priscillianistæ in Hispania.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66052](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-66052)

Sæculum V. S. Germanus Episcopatum Antiffiodo
 A.C. 446. rensem annos 33. & dies 25. tenuit, et
 quo sequitur, eundem anno 448. obiit.
 Heric. 1. c. Sedes deinde annis quatuor vacavit; cu
 25. Sup. lib. XXIII. §. jus rei causam fuisse, quod Barbari Gallias
 46. misere devastarent, conjectura est.

§. IX.

Priscillianistæ in Hispania.

Idac. fast. an. In Hispania necdum Priscillianistarum
 21. *Valent.* Hæresis erat extirpata. Cum S. Tu
Olymp. 306. ribius, Episcopus Astoricensis in Gallæcia,
Epist. Tur. quosdam his erroribus infectos in sua Ci
post 15. Leon. vitate deprehendisset, eosdem adhibito
 Socio, Episcopo Idacio pravitatis convi
 cit; Acta ad Antoninum Episcopum Em
 ritanum miserunt. S. Turibius hac de re
 scripsit ad eundem Idacium, & Ceponium,
 qui inter Gallæciæ Episcopos præcipui
 fuisse videntur; in ista epistola loquitur
 in hunc modum: *multas peragravi Pro
 vincias, & ubique unam Fidem invenni
 sed in Patriam redux, heu! errores, jam
 diu ab Ecclesia Catholica damnatos, &
 quos exterminatos credebam, quotidie re
 pullulare deprehendi; hoc nempe infelix
 fatum est nostrorum temporum, quibus Sy
 nodorum Celebratio cessavit. Nunc au
 tem ad unum Altare accedunt, diversissi
 ma credentes. Si hos Hæreticos urgent,
 errores inficiantur, & nequiter occultant.
 Libros apocryphos habent, quos pluris casti
 mant,*

mant, quam *Canonicos*; præterea do-
 cent aliqua, quæ in eorum libris, quos
 ego acquirere potui, & legi, non oc-
 currunt, sive illa per interpretationem
 eruant, sive in aliis libris, quos forte se-
 cretissimos habent, contineantur. In
 Actis, quæ Nomen S. Thomæ præferunt,
 legitur, ipsum non in aqua, sed solum in
 oleo baptizasse. Ita quidem Hæretici no-
 stri non baptizant, faciunt vero Mani-
 chæi. Habent etiam Acta, quæ S. An-
 dreæ esse dicunt, alia S. Joannis, a Leu-
 cio composita, atque librum, cui Titulus:
Memoria Apostolorum, in quo, ut alias
 Blasphemias silentio premam, Dominum
 Nostrum contra *Vetus Testamentum* lo-
 quentem inducunt. Sicut vero dubium
 nullatenus locum habet, quin Apostoli mi-
 racula, quæ in his libris referuntur, pa-
 trare potuissent, ita quoque Sermocinatio-
 nes ab Hæreticis adjectas fuisse, explora-
 tum est. Excerpti varios textus, blas-
 phemiis plenos, in suos Titulos redegi, iis-
 que, ut potui, respondi. Credidi te hac
 de re monendum, ne quis hos libros servet,
 aut legat, obtendens, ignorasse se quales
 essent. Tui officii est, omnia ad examen
 vocare, & ea, quæ Fidei contraria judi-
 caveris, cum Confratribus tuis damnare.
 Huic epistolæ junctus erat Commenta-
 rius, qui usque ad nos non pervenit.

Sæculum V.
 A. C. 446.